

## Ecce 19 Story –Settling In

Cuncti in cauponam intraverunt.

“Nonne cenare vultis?” inquit CAUPO. “SERVI mei bonam CENAM VOBIS statim parare possunt.”

“EGO et CORNELIA,” inquit AURELIA, “hic cenare non possumus. Duc NOS statim ad cubiculum nostrum.”

SERVOS CAUPO statim iussit CENAM CORNELIO et MARCO et SEXTO parare. Ipse AURELIAM et CORNELIAM ad cubiculum duxit. AURELIA, ubi alterum duorum LECTORUM vidit, gemit.

“Hic LECTUS est sordidus,” inquit. “Neque EGO neque CORNELIA mea in sordido lecto dormire potest. Necessse est alium LECTUM in cubiculum movere.”

CAUPO respondit, “Cur ME reprehendis? Multi VIATORES ad meam cauponam venire solent. NEMO meam CAUPONAM reprehendit.”

Iam advenit EUCLEIDES. Ubi AURELIAM explicavit, EUCLEIDES quoque CAUPONAM reprehendit.

CAUPO missavit, “Prope Viam Appiam CAUPONAM meliorem invenire non potestis. In caupona mea nulli LECTI sunt sordidi.”

Sed SERVOS iussit alium LECTUM petere. Brevi tempore SERVI alium LECTUM in cubiculum portaverunt. CAUPO iam cum risu clamavit, “Ecce, DOMINA! SERVI mei alium LECTUM TIBI paraverunt. Nonne nunc cenare vultis?”

“EGO non iam esurio,” inquit CORNELIA. “Volo tantum cubitum ire.”

“EGO quoque,” inquit AURELIA, “sum valde defessa.”

Non cenaverunt AURELIA et CORNELIA, sed CUBITUM statim ierunt. AURELIA mox dormiebat sed CORNELIA vigilabat.